

PLANETARVM

mouetur ab æquatore & consequenter æquatio-
 parum crescit uel decrescit tarde moueri uise sūt:
 qua de causa Ptholo. comparans loca stellarum
 ab eo inuenta & uerificata locis earum ab hypar-
 cho cōsideratis inuenit motas esse tarde scilicet.
 100. annis gradu uno ex quo tempore eius Ari-
 es erat prope punctum contactus meridionalis.
 f. p. ab eo separatuas: & uersus m mouebat. Quā-
 do uero idem est prope sectionem parui circuli
 cum æquatore uelocius moueri uidentur quia
 magis appropinquant æquatori uel ab eo elon-
 gantur: quare æquatio multum minuitur uel au-
 getur: ut patet in figura. Et ideo posteriores Pro-
 lomeo inuenerunt eas uelocius moueri. 60. an-
 nis grad. uno ut dictum est de opinioe Albate-
 gni cuius ratio est quia tempore eorum Aries
 magis propinquus erat sectioni parui circuli cū
 æquinoctiali: ubi magis sectioni eccliptice cum
 eodem & consequenter Arieti stellæ fixæ meri-
 dionales appropinquare uidebantur. Pos hos ue-
 ro tempore auctoris anno nostre salutis. 1460.
 Aries sectionem transiens in septentrionem la-
 tus est ab eadem sectiōe parui circuli cum æqua-
 tore. 66. gradibus distās unde æquatio est septē-
 trionalis. 9. grad. 48. minu. hoc est distat. 9. grad.
 48. min. a sectione eccliptice mobilis cum æqua-
 tore: quare talis septio fit in piscium. 20. grad. mi-
 nu. 12. Et ita patet q̄ ab illo tempore usq; ad tem-
 pus auctoris magna uelocitate declinationem
 acquisiuit septentrionalem: & stellæ fixæ ueloci-
 ter moueri uise sunt secundum ordinem signo-
 rum. Et ita thebit saluat uelocitatem tarditatem
 directionem & regressionem stellarum cum hu-
 iusmodi motu octauæ speræ. Verum an hæc opi-
 nio possit sustentari: & an saluet apparentias no-
 lo impresentiarum discutere: quia fortissima ra-
 tione eam potuissim cōfringere propter motum
 quem in stellis uidemus alium scilicet in longi-
 tudine. Similiter an thebit conueniat cum mo-
 derna opinione in situando Arietem in circulo
 paruo & motus æqualitate: quia hoc ex superius
 dictis: illud uero ex tabulis Alfōsii de motu octa-
 uæ speræ & thebit de accessionis motu & re-
 cessionis falsis liquebit eas consideranti talia resile-
 bo: unum tantum scire oportet q̄ omni eo mo-
 in quo mouetur spera octaua seu accessus tātum

& recessus ut uult thebit seu hoc & motu in lon-
 gitudine dicto augium & stellarum fixarum ceu
 dixit opinio moderniorum & orbes deferentes
 auge planetarum etiam mouentur ut in singu-
 lis Theoricis planetarum replicatum est: & hac
 de causa in tabulis si libeat reperiri eas auge mo-
 tum octauæ speræ uelocitatēq; eius prius oportet
 calculari. Qua habita & earum motus non
 ignorabitur. Quam operationem quia tabula-
 rum canones declarant mea non est ad præsens
 notificare. Vnum tantum in fine huius operis re-
 manet gratias agere in mēsas deo glorioso qui
 meam debilem carinam undis fessam pelagiq;
 fluctibus fatigatam quam submersuram dubita
 ueram incolumen ad portum salutis reduxit re-
 ductamq; firmamit. Sit igitur nomen eius bene
 dictum per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Vincentis Tuscus Cesenas artium ac medi-
 cinæ professor Domino Francisco Capuano
 utriusq; disciplinæ Doctore Astronomiam in
 academia patauina publice profitenti. S. P. D.

Quam bene sydereos aperis Franciscæ meatus:
 Eternumq; tuo numine pandis opus:
 Quis modo dedaleis nō te putet æthera pulmis
 Ac petiisse pii mensa celsa Iouis:
 Scribis appollineos cursus: gelideq; sororis:
 Et Iouis: & Veneris: bistoniiq; ducis.
 Ingenii quis enim non admiretur acumen:
 Palladiumq; caput quis neget esse tuum
 Quom tibi stelliferi pateat uaga machina cœlli
 Humanum sapias cellicolumq; sophos:
 Dic Franciscæ præcor qd̄ sum tibi lēma daturus:
 An deus: an ne hominum pars uociter: reor.

F I N I S

¶ Registrum huius operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r
 s t u x y z & 9

¶ Omnes sunt terni exceptis d
 qui est quaternus 9 duernus







